

Johann Quistorp


**Rector Universitatis Rostochiensis Johannes Quistorpius, D. & Theologicae
Facultatis Senior. Ad Exequias Quas ... Dn. Constantino Fidlero, Templi Mariani
Pastori ... Hodie widua moestissima paratas cupit, Omnes Academiae Cives ad
mediam primam intemplo D. Mariae sacro invitat**

Rostochii: Kilius, 1644

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn746963157>

Druck Freier  Zugang





Vol. 241. (2.) <SON>

32 192

RECTOR

Universitatis Rostochiensis

JOHANNES QVISTOR-

PIUS, D. & Theologicæ Facul-
tatis Senior.

AD EXEQVIAS

Quas

*Viro admodum Reverendo Nobilissimo
& Clarissimo*



DN. CONSTANTI-
NO FIDLERO,

Templi Mariani Pastori & Superin-
tendenti Rostochiensis Vigilantissimo

Hodie vidua mæstissima paratas cupit,

Omnes Academiae Cives ad
mediam primam in templo


D. Mariæ sacro invitat.



ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILII, Academiae Typographi.

ANNO M, DC. XLIV.



ra ne vir plurimum Reverende, Nobilissime, & Clarissime DN. CONSTANTINE FIDLERE. Collega, compater, ac frater colende, me hoc triste officium poscis, ut à nostris civibus exequias tibi eant contendam? Si votis, si precibus à summo numine id impetrare potuissem, intra aliquot plures nec dum ad sepulturam annos efferreris. Conviximus ad triginta propemodum annos in eodem officio collegæ, certavimus invicem inserviando & benefaciendo, toto hoc tempore inter nos dividia fuerunt nullæ. Eramus nobis invicem Damon & pythias: tu si quid adversum ac durum obveniebat, meæ id credebas fidei, mutuam & Ego faciebam, consilio & auxilio nos juvebamus. Vinculum hoc amoris sæva, mortis vis abrupit. quantopere animo hoc doleat meo, calamo exprimere non possum. Sed quid agam? feram fas est, quod mutare non possum. Summo vitæ ac mortis arbitro visum fuit, Te rebus caducis, temporibusq; hisce calamitosissimis subducere, ad æterna gaudia, & cœlestem beatitatem transferre. Molliter tui cubent cineres, sequemur, quando is volet, in cuius manu sunt sortes & vita nostra. Interim hoc quod debeo, quodq; conjux, liberi, generiq; tui à me ex poscunt officium, lubens, tristi quamvis calamo tibi exhibeo, pro more vitæ tuæ curriculum, quomodo tu ipse illum consignasti, paucis mutatis, recensebo.

Avus (scribis) meus Paternus FELIX FIDLERUS
ex odio erga Pontificiam abominationem, à B. Luthe-
ro
tem

173
temporis DEO mirabiliter dirigente, clarissimè dete-
ctam, Patriam suam Helvetiam, Prædia, Agnatos dere-
linquens in Romanum imperium & Germaniam, ubi
sincerum verbum DEI pro germinare cæpit, venit, ceu
vir juvenis, Linguarum, Historiarum, Politices, & Poëse-
os, (cujus amore cum primis flagrabat) studiis diligenter
incubuit, ita ut Imperator Carolus Q. ipsius opera
Poetica, in quibus inter alia egregiè Flumina Germa-
niæ descripsit, non sine singulari animi jucunditate (te-
stante Cæsaris documento) legit, ac propterea ultrò lau-
reâ, quæ tum magna erat dignitas, eum coronavit, & hac
occasione stemma Nobile Fidlerianum Helveticum, ad
Album Nobilium Romani Imperij ante annos centum
& ultra, pro placito Cæsareo cooptavit; ac ad posterita-
tem utriusq; sexus derivandum, pro placito Cæsareo
renovavit. Huncq; meum prænominatum avum Fe-
licem Fidlerum ob singularem eruditionem & præclaros
ingenij & animi Heroici dotes, pro belli consiliario ha-
buit. Hac Nobilitate quamvis non gloriè, sed solâ
gratiâ Domini mei Jesu Christi, in meo Ministerio cle-
menter mihi immerito concessâ: Tamen me ejus non
pudet, sed magis me nobilitare credo Theologiam &
S. S. Ministerium, ad quod Dominus me vocavit, &
ministrum suum destinavit. Hæc vera nobilitas: hæc
summa dignitas, omnes humanas dignitates & honorum
titulos superans.

Natus autem sum Ego CONSTANTINUS FID-
LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. Martij quartâ matu-
rina Patre VALERIO FIDLERO, Medicinæ Docto-
re, quondam Ducis Prussiæ Archiatro, & Filij Ducis,
Alberti Friderici Consiliario, Matre Gertrud Herm-
gard præclaræ Familiæ, & insignium virtutum Matronâ,

quæ liberorum 12. 6. filiorum, & totidem filiarum mater
fuit. Et quamvis Fratres mei Imperatoribus, Regibus, ali-
isq; Magnatibus operas non ingratas nec contemnendas
præstiterint: me solum tamen Rex Regum ad operas sa-
cras & divinas vocavit.

In juventute institutus sum tum in Scholis trivialibus,
tum à privatis Præceptoribus, præsertim à Magistro
Andræ Cracovio Rostochiensis, post Pastore Butzovi-
ensi, viro apprimè docto, Amico meo animitus dilecto.

Annum 15. vix ingrediens utroq; Parente fui orba-
tus; primò Matre Charissimâ, deinde Patre ferè octua-
genario, sed ob singularem temperantiam, & vitam so-
briam semper vegeto.

Post obitum Parentum studia mea initiò in patriâ
Academiâ Regiomontanâ, in timore Domini tractavi
per aliquot annos: Postmodum in Regiâ Hafniensi fe-
rè per semestre. Instructus enim litteris commenda-
tatis Ducis & Ducissæ Borussiæ ad Serenissimum Regem
modernum, eò veni, ut juxta cum comitatu Regio in
Muscoviam abituriente, fratrem meum D. CASPARUM
FIDLERUM, tum Magni Ducis ibidem (postmodum
Regum Sveciæ) Archiatrum adire ac invisere liceret.

Expedito hoc itinere, Hafniam redij, ac per seme-
stre ferè ibi sum commoratus, inde in Germaniam per-
rexi, Wittebergam, Lipsiam, Jenam me contuli studiorum
aliquandiu continuandorum gratiâ, donec Anno 1602.
Rostochium venerim, & studia mea ferè per triennium
seriâ Nominis divini invocatione continuarim.

Hinc ob Spontaneam commendationem singularem
Illustrissimi Churlandiæ Principis Wilhelmi Domini
mei a puero Clementissimi, vocatus sum ab Illustrissimo
& Literatissimo Pomeranorum Principe Stetinum, quo
cum

194
eum Domino Fratre suo Uldarico, præcipuè Germaniæ
Academias & civitates perlustrarem, & Tubingam quæ
Academia celebris & ad collegiū illustre me conferrem.
cum Doctore Andrea Osiandro, & D. Matthiâ Hafen-
reff. & D. Sigwato, & Doctore Gerlachio Theologis
Orthodoxis & pacificis, conversabar amicissimè eo loci,
aliquandiu apud Celsitatem suam diligenter à Domino
Patre Philippo mihi commendatam commoratus
& ad alia loca postmodum progressus sum cum suâ cel-
situdine.

Postquam verò Rostochio per biennium ab fuisset,
ab Illustrissimo Principe Carolo Domino meo Clemen-
tissimo, ex superiore Germaniâ sum avocatus ad hono-
rificam conditionem tum vacantem subeundam.

Domino tamen qui me ad meliora reservavit, aliter
visum fuit. Placuit enim civitates præcipuas exoticas &
terras quasdam perlustrare, Bavariam, Brisgoviam, Fri-
burgum, Noribergam, Augustam Vindelicorum, Helve-
tiam (unde majores nostri oriundi) ejusq; Metropolin
Basileam (ubi Grineum, & Amandum Polanum docen-
tes & disputantes audiivi) & alias præcipuas Helvetiæ
civitates ad fines usq; Galliæ & Italiæ, inde Argentora-
tum me contuli, & aliquandiu cum D. Pappo Seniore
& D. Marbachio, Theologis gravissimis conversatus
sum. Inde Francofurtum ad Mœnum, hinc ad Acade-
miam Marburgensem me contuli, ibi Doctorem Win-
ckelmannum & D. Mentzerum offendebam, & cum ipsis
Gießam proficiscebar. Porro Dresdam ivi ad conspici-
endam Electoralem Residentiam, & amicitiam contra-
hendam cum Seniore D. Polycarpo Lysero: inde Pra-
gam, & porro in Regnum Bohemiæ, Austriam, & Mo-
raviam excurrebam, donec redierim Lipsiam & Witte-
beigam.

bergam, ubi peregrinationis cursu absoluto aliquan-
diu commorans, Rostochium tandem redij, ubi pedem
figebam. Hic quidem secundum DEI voluntatem.
Anno 1609. vocabar ad Diaconatum Templi Mariani.
Anno 1613. ad Archidiaconatum. Anno 1614. ad Pastora-
tum. Anno 1636. demum etiam ad Superintendentiam.
Sed unde hæc omnia? A Domino DEO meo cui à tene-
ris cum timore confidi, qui me indignum dignum gratiâ
suâ reddidit. Minor certe ego sum Domine cunctis
miserationibus tuis, & gratia tuâ quâ unice glorior,
quæq; uti humiliter confido & gratè agnosco, in me non
fuit inanis.

Quum autem deo disponente ad ministerium pro-
morus essem, simul Anno 1609. die 10. septembris in ma-
trimonium mihi adunxi MARGRETAM WEST-
PHALIAM, Viri Admodum Reverendi & Clarissimi
DN. M. JOACHIMI WESTPHALI, Superintendenten-
tis & CATHARINÆ BANSOVIÆ filiam.

Nati ab illâ liberi

1. Filia REGINA quæ nupsit Viro Reverendo & Doctif-
simo Dn. M. Davidi Tundero, quæ unâ cum con-
juge obiit.
2. Filia MARGRETA Dn. M. Crögeri Pastoris Rib-
nitzensis jam demortui relicta vidua.
3. Filia GERDRUT quæ Virgo obiit.
4. Filia SOPHIA quæ Dn. Danieli Brandt/ Civi hujus
urbis primario elocata.
5. Filia CATHARINA, Dn Carolo von Rassing/ Civis
itidem primarij, conjunx.
6. Filia MARIA quæ Virgo obiit.
7. Filius CONSTANTINUS qui ante octennium
piè obiit.

Hiscæ

195

Hicce Thesauris ex DE I Benedictione collectis
Christoq; ad S. Baptisma missis & infertis, ac partim in
timore educatis, Mater pientissima & svavissima in
Domino, morbo artritidis & febris ardenti pie &
placide Anno 1619. die 18. Februarij intra quartam
& quintam matutinam obdormivit, terræq; omnium
hominum Matri honorificè, celeberrimo comitatu
maximoq; luctu reddita est die 20. Eiusdem, Post hujus
obitum in statu viduali vixi per biennium.

Et

Anno 1621. CATHARINAM BATTIAM, LE-
VINI BATTI, J. U. D. judicij provincialis Megapo-
litani Advocati, Procuratoris & Consiliarij, ut & CA-
THARINÆ PANCKLOVIÆ, Matronæ honestis-
simæ Filiam lectissimam uxorem duxi.

Ex hac mihi nati liberi Octo.

1. Filius VALERIUS, S. S. Theol. Stud. adhuc vivens.
2. Filia ANNA, quæ Anno 1624. diem suum obiit.
3. Filius FELIX, Primus qui obiit.
4. Filius BOGISLAUS, qui obiit.
5. Filius FELIX Secundus qui obiit.
6. Filius FELIX Tertius adhuc vivens.
7. Filius LEVINUS qui adhuc est in vivis.
8. Filius Minimus CONSTANTINUS, adhuc vivens.

Hæc Domini Emortui verbis quæ ipse cosingnata reli-
quit, retulimus.


Fuit Emortuo hoc nostro cum hac secunda, non mi-
nus ac cum prima conjugè concors, per annos 23. & ali-
quot menses conjugium. In officij Ecclesiastici parti-
bus obeundis, illam quæ à fido Christi ministro requi-
ritur, adhibuit diligentiam. Docendi partes non facile
alteri, quantisper vires corporis id permittebant, com-
mitte-

mittebat, & ut eloquio & concionandi donis excellebat: Ita singulari quadam felicitate consolabatur ac erigebat ægrotos ac morituros. Omnibus erat facilis: in-
viebat & prompte & fideliter illis qui ejus operam re-
quirebant: Exulibus ejus patebant ædes, nec unquam
ad succurrendum clauderantur manus. Proximis ante
beatam ex vita hac emigrationem, septimanis octo, male
initio ab anthrace qui collum occupaverat, habere cœ-
pit, & quamvis non levis spes affulgebat, fore ut Emor-
tuus hic noster eluctaretur: tamen præter omnem exspe-
ctationem, lassitudine vehemens decimo octavo Octo-
bris vesperi, eum invasit, quam vomitus nigricantis co-
loris humores excernens adauxerat. Quæ cum præ-
sagire ex hac vita egressum viderentur, ad illum se com-
posuit: Sacro Sancto dominicæ coenæ pabulo 20. Octo-
bris sumpto, se refocillavit: & quum diem hunc totum
precando & DEO se committendo consumpisset, inse-
quenti nocte, plenus fiducia in salvatorem suum, mente
recte sibi constante, me, liberis, affinibus, aliisque preces
præeuntibus, in puncto horæ duodecimæ animam
placide obdormiendo, DEO suo à quo illam ante
annos sexaginta quinque, menses octo acceperat, reddi-
dit. Vivit ille & convivit animâ cælestibus Geniis. Cor-
poris exuviæ hodie hora prima terræ matri committen-
tur. Vos Academiæ cives frequentes ite exsequias. Pos-
cunt hoc jure suo à vobis emortui manes. Vivus vos
creberrime verbi divini pabulo fovit, & ad spem vitæ
melioris erexit, date hoc officium Emortuo, date con-
jugi, date liberis, date affinibus. Et inter eundem vos
ad piam emigrationem componite. P. P. Rostochij

25. Octobris Anno 1644.

ms (o) 20





temporis DEO mirabiliter dirigentem, Patriam suam Helvetiam, Praelinquens in Romanum imperium. Sincerum verbum DEI progerminat vir juvenis, Linguarum, Historiarum, Philosophus, (cujus amore cum primis flagrabat) incubuit, ita ut Imperator Carolus Poetica, in quibus inter alia egregiam descripsit, non sine singulari assistante Caesaris documento) legit, ac ream, quae tum magna erat dignitas, et occasione stemma Nobile Fidlerianum Album Nobilium Romani Imperii, & ultra, pro placito Caesareo cooptatam utriusque sexus derivandum, perrenovavit. Huncque meum praenolicem Fidlerum ob singularem eruditum ingenij & animi Heroici dotes, probuit. Hac Nobilitate quamvis non gratia Domini mei Jesu Christi, inimenter mihi immerito concessa: Tamen pudet, sed magis me nobilitare quam S. S. Ministerium, ad quod Dominus ministerium suum destinavit. Haec summa dignitas, omnes humanas dignitates titulos superans.

Natus autem sum Ego CONSULUS LERUS, Dantisci Anno 1579. 6. Martina Patre VALERIO FIDLERO re, quondam Ducis Prussiae Archiepiscopi Alberti Friderici Consiliario, Margravegard praeclearae Familiae, & insignium

A 2

173
me detestorios deridem, ubi venit, ceu & Poese diligenter opera, Germanate (teltrò laurit, & hac cum, ad centum posteritatem Caesareo vum Feaclaroario habesed solâ erio clejus non ogiam & avit, & as: haec onorum
IS FID-
tâ matu-
e Docto-
ij Ducis,
ob Herm-
Matronâ,
quae

